

2) *Lutudarense* (cf. not. 5). — 3) *Britannicum*. — 4) *Ex argentariis?* (sic Gowland *Archaeologia l. c.*). — 5) *Lutudaron locus recensetur ap. Geographum Ravennatem* (p. 429 ed. Parthey) *inter Devam et Derbentionem*.

Litteras nonnullas (dd. nn. ut videtur) *impressas in massis plumbi albi (stanni) Britannicis inventis Haverfield Proceedings Society of Antiquaries of London* 18 (1899/1901) p. 118 = *Mélanges Boissier* p. 231.

Inscriptiones laterum aureorum puritatem auri testantes (cf. *Babelon traité des monnaies grecques et romaines I 4* p. 882) *habes III 8080; Jahrb. d. arch. Inst. 1902 Beibl.* p. 46 (O. Rubensohn), *Proceedings Society of Antiquaries of London 24. Mart. 1904* (G. F. Hill).

- 8712^a mancipu[m] | sulforis | [pro]v. Sicil[iae] | . . st . .
 b [i]mp. Aug. | n. ex of. | Cass[iana] | cond.¹ Tri[goni].
 c [imp. Aug. | n. e]x of. | Porcia|na cond.¹ Trigoni.
 d imp. A[ug.] | n. ex [of.] Cassia[na] | cond.¹ Esn ..
 e [d. n.] Fl. Valerio | [Con]stantino | [max]imo p. f. in[victo] Aug., . . . li Iusti [manci]pis.

Agrigenti, tabulae fictiles destinatae sine dubio ad massas sulfuris signandas (X 8044, 1. 6. 7. 8. 4 composuit et descr. Mommsen, alias similis ib. 5 seq., cf. quae exposuerunt Treu et Salinas ib. p. 998). *Eiusdem generis videtur esse tabula fictilis* reperta Racalmuto (*inter Agrigentum et Caltanissettam*), quam edidit Salinas *Notizie degli scavi 1900* p. 659: ex praedis | M. Aureli | Commodiani (sic potius quam Commodi Ant.). *Adde frustulum Notizie 1901* p. 57. — 1) *Conductione* (cf. N. 8665).

Massae marmoris.

- 8713 imp. Domitiani Caesar. | Aug. Germ., loco CLXXV . . , | per Primum lib.

In marmore rudi, Romae in thermis Antoninianis (vidit Dressel, cf. Hirschfeld *Verwaltungsbeamte* ed. 2 p. 163 not. 4). *Similis inscriptio in planicie inferiore* plinthi statuae Amazonis lecta est (Bruzza ann. inst. 1870 p. 195 n. 278).

- 8714 Pontiano cos.¹ | ex r.² | Urbei³ Natalis | n. II.
In massa marmoris Carystii, rep. Romae ad Tiberim sub Aventino, ubi dicitur 'la Marmorata' (a marmoribus sine dubio eo antiqua aetate advectis hodieque ibi reperiri solitis), ubi fuit emporium (Bruzza ann. inst. arch. 1870 p. 174 n. 12). — 1) A. 155. — 2) Ratione. — 3) Sic legit Dressel (urb. Fl. Bruzza), cf. Hirschfeld *Verwaltungsbeamte* ed. 2 p. 177 not. 2. *Eundem putat Hirschfeld Orbium Natalem memoratum in duabus similibus inscriptionibus eodem loco repertis: ex r. | Orbi Natales (sic lectum) | n. XXIII et Orbi Na.. (Bruzza l. c. n. 15. 16).*

- 8715 Pontiano et Atiliano cos.¹ ex ratione | redemptori[s]², n. XXXVIII.

In massa marmoris Africani, Romae rep. cum restauraretur ecclesia S. Pauli (Henzen Ann. inst. arch. 1843 p. 356 n. 12, Bruzza ib. 1870 p. 185 n. 182). — 1) A. 155. — 2) *Vocabulum in litura restitutum, scilicet positum loco nominis quod antea fuerat, testatur Dressel* (cf. Rostowzew *Staatspacht d. roem. Kaiserzeit* p. 454, Hirschfeld *Verwaltungsbeamte* ed. 2 p. 166 not. 1).